



Pastoralis Sollicitvdinis, Sive De Officio, Et Potestate Episcopi

Tripartita Descriptio. Cvivs Pars Prima Episcoporum institutionem, ...
Secvnda Quicquid ad Episcopi est potestatem, ... Tertia Quod ad casuum
reseruationem, ... Methodo Noua, & expedita complectitur

Quæ omnia ad praxim vtriusque fori, interioris scilicet, & exterioris, & ad
iurisdictionis explicationem exigenda continet

Barbosa, Agostinho

Parisiis, M.DC.XXV.

Episcopvs In Concernentibus pietatem, & officium charitatis an
iurisdictionem habeat in laicos? Allegatio LXXXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98639](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98639)

in una Vlixbonen. teste Franc. Leo d. capit. 1. numer. quarto.

13 Quarto limita in conservatoribus Regularium, quia censuit sacra Congreg. decretum d. cap. 20. ad Regulares non pertinere, nec conservatorias Regularium imminuere, aut restringere, nec quoad primam instantiam ipsorum aliquid novi inducere, teste Aldrete in allegat. pro omnimoda Regularium exemptione par. 1. c. 7. numero 4. de officio deleg. in antiq. & conf. 3. numer. 1. & 2. eod. titul. in nouis, sayr. sub eod. titul. decis. 1. Mari Antonin. vari. resolution libr. 1. resolution. 15.

14 Quarto limita ratione celebrati contractus, & etiam delicti commissi, quia Concil. non sustulit modos legitimos, quibus quis ex iuris dispositione sortitur forum, ita decisum attestatur Franc. Leo d. c. 1. n. 75.

15 Ratione enim contractus vigore obligationis Cameralis si quis in Romana Curia obligetur, vndeunque veniat, & sit oriundus, sortitur forum curiae Romanae in qua contractus celebratur Gallesan tract. ad formam oblig. camer. ad 3. p. oblig. q. 2. nu. 2. & 3.

16 Imo Auditores Camerae causas obligatione camerali firmatas in partibus existentes auocare possent, etiam si extra curiam contractum sit & licet pendeant coram Ordinariis, resolunt Lancellet. de attent. lite pendente, limit. 15. n. 3. & cap. 20. limit. 26. Flores de Menz vari. lib. 1. q. 12. n. 48. Stephan. Gratian. discept. senf. c. 118. in fine, post alios Aloys. Rice. in praxi aurea resol. 342.

18 Sexto limita in causis possessionis beneficiorum referuatorum Sedi Apostol. possunt enim immediate ab Auditore Camerae, seu alio delegato Apost. cognosci, quod praxi quotidiana Signaturae seruatur, & declarauit Gregor. XIII. super executione litterarum in forma Breuis ad expectandam possessionem, in const. sua incip. Ad Romanam Pont. praesentiam, Dat. Roma die 10. Iulij ann. 1574. quam refert praxis noua Episcop. d. cap. 4. nu. 3. & saepe definiti sacrae Cardin. Congreg. attestatur Franc. Leo d. cap. 1. numer. 76. & 77. Et procedere in beneficiis referuatis ratione manus appositionis refert decisum Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 52. num. 36. & 37. Nam Concil. Trid. d. cap. 20. non intelligitur in executionibus, sed solum in litibus, & causis ordinariis, & requirentibus altiore indaginem, quia in his datur instantia, in executione vero Bullatum Apostol. cum magis extra iudicialis, quam iudicialis sit, & in extra iudicialibus non datur instantia, ut cum sozin. taf. & alijs resoluit Menoch. de arbit. libr. 1. quae. 22. numer. 6. non habet locum dispositio d. capit. vigesim. Verum si aduersus executionem gratiae Apostolicae allegetur aliqua exceptio, quae altiore indaginem requirat, & gratiam efficiat nullam, vel subreptitiam, aut obreptitiam, vel Bullam falsam, aut simile, quia tunc datur instantia, non potest autem iurisdicchio ab Ordinario in prima instantia, ex d. capit. 20. idque confirmat d. constitutio Greg. XIII. ibi, illarum tamen forma seruata, ubi vult quod executor in prima instantia potest procedere omnia forma gratiae, at vero in gratia temper ponitur, aut subintelligitur clausula, si preces veritate nitantur, aut aliae equipollentes, ut teneo ego ipse in meis Remiss. de distinctionibus & clausulis claus. 97. a numer. secund. vnde si narrata vera non sunt, aut aliquid ex ne-

cessarijs omittatur cessat iurisdicchio executoris & non potest exequi gratiam, teneturque summarie audire super exceptionibus allegatis, alias declarabitur vim inferre, & postea remittere causam Ordinario in prima instantia terminandam, quia cessat omnino via executiua. Si tamen ex verbis gratiae tenetur executor assumere partes iudicis, vel gratia sit signata manu summi Pont. talis executor potest cognoscere causam in prima instantia ad effectum executionis, & non tenetur eam remittere Ordinario, quia ex appositione manus Summi Pont. censetur caute auocata, ex tex. in c. ut nostrum, de appellat. ubi Abb. Erac. & alij, ita Aloys. Rice. in praxi aurea resol. 339.

S V M M A R I V M.

- 1 Iurisdictionem in laicos habet Episcopus in concernentibus pietatem, & officium charitatis.
- 2 Executor omnium piarum dispositionum est Episcopus.
- 3 Eleemosyna ut fiant potest Episcopus subditos compellere.
- 4 Eleemosyna ut pauperibus erogentur possunt diuites ab Ecclesia cogi.
- 5 Laicos potest cogere Episcopus, ut eodem pretio merces, & res vitui necessarias, peregrinis, & hospitibus vendant, quo publice ab incolis vendi solent.
- 6 Annua vidualia ut iusto pretio vendi faciat pertinet ad Episcopum, ne pauperes fame pereant.
- 7 Praedicatori ad praestandam eleemosynam potest Episcopus cogere laicos, qui eam praestare tenebantur.
- 8 Frumentum & aliae res tempore penuria, ut vendantur potest Episcopus laicos cogere.
- 9 Alimenta etiam a laicis coram Episcopo peti possunt.
- 10 Alimentorum causa dicitur pia.
- 11 Alimentorum legatum dicitur pium, quando fit pauperi.
- 12 Monacho factum legatum dicitur pium.
- 13 Heredes etiam laicos potest Episcopus compellere ad solutionem relictorum ad pias causas per defunctos factorum.
- 14 Legatarios possunt Episcopi etiam tanquam Sedi Apost. delegati cogere ad exequendas pias dispositiones, etiam si executores sint exempti a sua iurisdictione, vel officiales s. Inquisitionis.
- 15 Testamenti executio tam ad pias, quam ad non pias causas, negligente herede intra annum adimplere defuncti voluntatem, deuoluitur ad Episcopum.
- 16 Executor qui non adimpler voluntatem defuncti peccat mort. secundum negligentiam qualitatem.
- 17 Peccati ratione efficitur laicus de iurisdictione Episcopi.
- 18 Executor testamenti ad implendam defuncti voluntatem potest statim post aditam hereditatem cogi ab Episcopo, seu quocunque alio Diacono, vel Capitulo Sede vacante, nisi aliud refragetur.
- 19 Debitum quotiescunque ex contractu, vel quasi, non in diem, nec sub conditione, sed pure contractum est, statim peti potest, neque aliqua a iure dilatio conceditur.
- 20 Haeres obligatur ex quasi contractu, non in diem, neque sub conditione, sed pure.
- 21 Testamenti executio non impeditur ante aditam hereditatem.

- 22 Tempus à iure, vel ab homine præſcriptum non currit ignorantibus, & legitime impedito, etiam data culpa ex parte impediti.
- 23 Tempus intra quod tenetur hæres defuncti voluntatem exequi, poteſt à iudice reſtringi.
- 24 Monitio neceſſaria eſt ad effectum ut data negligentia hæredis ad Episcopum deuoluatur exequendi poteſtas.
- 25 Monitiones plures non requiruntur, ſed unica ſat eſt, à iudice perſonaliter faciendæ.
- 26 Teſtatoris mandata exequi non ſolum poteſt, ſed etiam de præcepto tenetur Episcopus.
- 27 Teſtator non poteſt prohibere ne Episcopus data hæredis, vel executoris negligentia valeat ſe intromittere.
- 28 Teſtator prohibere poteſt ne executores rationes reddere compellantur.
- 29 Teſtator fundans capellam non poteſt eam eximere ab Episcopi poteſtate.
- 30 Abbates habentes quaſi Episcopalem iuriſdictionem habent poteſtatem exequendi defunctorum voluntates.
- 31 Capitulum ſede vacante habet poteſtatem exequendi defunctorum voluntates, quatenus iure Ordinario competebat Episcopis.
- 32 Adminiſtratores etiam laicos hoſpitalium, confraternitatum, & quorumcunque piorum locorum poteſt Episcopus compellere ad reddendum rationem ſuæ adminiſtrationis.
- 33 Adminiſtratores etiam laici bonorum Eccleſiæ ſi inueniantur debitores in rationibus reddendis coram Episcopo, poſſunt ab eo compelli ad ſoluendum.
- 34 Regulares, ſive Religioſi exempti poſſunt ab Episcopo compelli ad reddendam coram ſe geſtæ executionis rationem, ac ab eo puniri ſi male geſſerim.
- 35 Capitulum ſede vacante poteſt, ſicut Episcopus compellere Religioſos piorum voluntatum executores ad reddendas adminiſtrationis rationes.
- 36 Regulares an & quando poſſint eſſe teſtamentorum executores poſtenditur.
- 37 Fabrica Eccleſiæ trahit laicum reum ad ſorum eccleſiaſticum.
- 38 Fabricæ Eccleſiæ Cathedralis ratio quomodo reddenda.
- 39 Appellatio non impedit redditionem rationum piorum diſpoſitionum.
- 40 Rationes adminiſtrationis quando poſſit Episcopus pluries in anno exigere, oſtenditur.

EPISCOPVS IN CONCERNENTIBUS pietatem, & officium charitatis an iuriſdictionem habeat in laicos?

ALLEGATIO LXXXII.

- 1 IN concernentibus pietatem, & officium charitatis, & humanitatis in laicos habet Episcopus iuriſdictionem, capit. primo & 2. diſt. 87. capit. ſuper quibusdam, in fine, de verbor. ſignificat. Abb. in repet. capit. cum eſſes, numer. 32. de teſtament. & in capit. 1. numer. 5. & quaſtion. vbi Hoſt. etiam numer. 9. Butr. Imol. & alij, de empt. & vendit. Auſer. in tract. de poteſt. Eccleſiæ ſuper laicos, n. 3.

- 2 Eſt enim Episcopus executor indiſtincte omnium piorum diſpoſitionum, non ſolum morientium, ſed etiam viuientium Clement. 1. de teſtament. §. ſi quis autem pro redemptione, auth. de eccleſiaſtic. titul. Seraphim. Rota Roman. deciſ. 611. numer. 7. p. 1.
- 3 Ex quibus inferitur primo poſſe Episcopum compellere ſubditos ad eleemoſynas, ut probat Fr. Gabriel de Thoro in libro theſauri Miſericordiæ capit. 20. §. 10.
- 4 Nam tempore penuriæ cogi poſſunt diuites ab Eccleſiâ ad erogandam eleemoſynam pauperibus, Benincas. in tract. de paupertate quaſt. 7. princip. in ſpec. in d. numer. 17. Lara in l. ſi quis à liberis §. & ſi impubes, num. 36. & ſeq. ff. de liberis agnoſc. Tirag. de pœnis temper. cauſa 44. numer. 10. Mexi. in tract. caſſe panis, concluſ. 1. numer. 5. Surd. de alimentis titul. 3. quaſt. 3. numer. 27. Azori inſtit. moral. p. 2. lib. 12. cap. 13. q. 3. Henric. in ſum. lib. 13. capit. 17. §. 5. in fine. Modern. de iuriſd. p. 4. caſu 163. numer. 13. val. Reginald. in præxi ſori pœn. lib. 4. numer. 237.
- 5 Secundo inferitur poſſe etiam cogere laicos, ut eodem pretio merces, & res victui neceſſarias peregrinis, & hoſpitibus vendant, quo publice ab incolis vendi ſolent d. capit. 1. vbi Abb. numer. 5. & 6. de empt. l. hæreditas, in fine, vbi gloſ. & Doſt. ff. de pet. hæred. l. 1. c. de Episcop. and. l. mili. §. quaſi teſtator, & §. quod ſi in via, c. de Episcopis, & Clericu. Authent. ſi vero contingit, c. de iudic. Couarr. lib. 3. vari. capit. decim. quart. numer. quint. huc tandem faciunt.
- 6 Ad eum enim pertinet, ut annonæ victualia juſto pretio vendi faciat, ne pauperes fame pereant, Cardin. Mantica de tacitis, & ambiguis conuentibus, libr. 4. titulu 4. numer. 12. & tit. 20. a numer. 13. cum ſequentibus, Modern. de iuriſd. part. 4. caſu 1. numer. 50.
- 7 Tertio inferitur poſſe Episcopum cogere laicos ad præſtandam eleemoſynam prædicatori, qui eam præſtare tenentur, vel ſolent, Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 4.
- 8 Quarto inferitur poſſe quoque compellere cenſuris laicos ad vendendum frumentum, & alias res tempore penuriæ, l. fin. ſ. item Episcopis, ff. de numer. & honor. Abb. in d. cap. 1. n. 8. & 9. Surd. conſ. 301. numero 47.
- 9 Quinto inferitur apud Episcopum, ceterosque iudices eccleſiaſticos alimenta etiam à laicis periri poſſe, qui coram eo hac ratione conueniri valent Ioan. Lup. in repet. capit. per veſtras, notab. 2. numero 19. de donat. inter. Molina de primogen. lib. 2. capit. 15. numer. 75. Lar. in l. ſi quis à liberis, §. idem reſcriptis, numer. 78. ff. de liberis agnoſc. Gutier. præſtit. libr. 1. quaſtion. 44. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 60. numero 30. cum ſequenti, & capit. 154. numer. 10. cum ſequentibus, Diu. Barboſa in leg. 1. part. 4. numero 82. ff. ſolutu m. 4. trimonio.
- 10 Cauſa enim alimentorum dicitur pia, l. Mella. §. 1. ff. de aliment. legatis, Crauct. conſil. 199. m. 10. Mench. conſil. 72. n. 13.
- 11 Alimentorum vero legatum dicitur pium quando fit pauperi, non vero quando fit diuiti, Menoch. de præſumpt. lib. 4. quaſt. 115. n. 17. Surd. de alimentis, tit. 8. priuileg. 1. n. 3. & 9. D. Barboſa in l. 1. part. 1. n. 55. ff. ſolutu m. 4. Modern. in tract. de cognit. per viâ violentiæ, par. 2. quaſt. 13. numer. 12. & quaſtion. 21. a numer. 1.
- 12 Hinc legatum factum monacho dicitur pium,

quia pauperi factum dicitur Bald. in authent. simili-
ter. num. 5. C. ad legem falcid.

13 Sexto inferitur posse Episcopum compelle-
re ad solutionem relictorum ad pias causas per
defunctos factorum, etiam si hæres sit laicus,
authent. de ecclesiast. titulis, §. si quis autem pro re-
demptione, capit. nos quidem, capit. iohannes, capit.
tua nobis, vbi Hostien. numero 6. & 7. de Testa-
mon. Concil. Tridentin. sess. vigesim. secund. de reform.
mat. capit. 8. Abb. in repetit. cap. cum esse, numero
32. eodem tit. glos. fin. in fine in cap. relatum, vbi Co-
nar. numero 13. eodem tit. Cuthus. instit. Canon. tit. de
Episcop. numero 142. cum sequenti, Sbroz. de ricar.
Episcop. lib. 2. quest. 49. numero 1. Alos. in collect. de
cis. part. 3. collect. 714. Modern. de iurisd. part. 2.
cap. 18.

14 Possunt hodie Episcopi, etiam tanquam Se-
dis Apostolicæ delegati, legatarios cogere ad exe-
quendas pias dispositiones iuxta formam Concil.
in d. cap. 8. etiam si executores sint officiales San-
ctæ Inquisitionis, & ob id exempti à iurisdictione
Ordinariorum, vel professores in aliqua Vniuer-
sitate, ratione litterarum consuetuariorum, quæ
eximunt à iurisdictione ordinaria, non autem à
delegata à Sede Apostolica ita decisum refert
Francise. Leo in thesaur. fori ecclesiastici par. 2. cap. ult.
in fine.

15 Negligente vero hærede in adimplenda de-
functi voluntate intra annum executio testamen-
ti, tam ad pias, quam ad non pias causas deuolu-
nitur ad Episcopum, authent. hoc amplius, C. de
fideicom. glos. in d. cap. si hæres, vbi Couarr. nu-
mer. 3. Matien. l. 7. glos. 2. numero 2. tit. 4. & l.
14. glos. 1. à numero 45. eodem tit. 4. lib. 5. noua re-
copil. Gutier. practis. lib. 1. quest. 44. numero 4. & l.
2. quest. 45. numero 1. post. med. Guerrer. in speculo iur-
is Pontific. capit. 26. Cened. ad Decretal. collect. 114.
numero 1. Marc. Anton. Genuens. in praxi Archie-
piscop. capit. 69. numero 25. Est enim Episcopus in
casibus à iure concessis omnium piarum disposi-
tionum, tam in vltima voluntate, quam inter
vivos exequitur Francise. Leo par. 4. cap. 2. numero
42. Et in huiusmodi causâ piarum dispositionum,
quarum executio ad ipsum spectat, potest Epil-
copus etiam esse iudex, & constituere procura-
torem ad agendum coram se, Gemin. conf. 214.
quem citat, & sequitur Card. Tusch. tom. 3. con-
clus. 257. numero 7. quæ quidem executio spectat
ad Episcopum illum in cuius iurisdictione sita
sunt bona distribuenda, non autem ad illum, in
cuius iurisdictione testator morabatur, Roman.
consil. 250. in princip. quem refert, & sequitur Card.
Tusch. d. tom. 3. concl. 293. numero 27. Ratio au-
tem principalis resolutionis, ea est, quia faciens
legatum post eius mortem est miserabilissima per-
sona, cum destituta sit omnium auxilio, nec ha-
beat aliud velle, vt in l. 1. C. de sacrosan. Ecclef.
Atqui Episcopus, & quilibet iudex ecclesiasticus
debet subuenire omnibus oppressis, & miserabi-
libus personis, destitutis omni auxilio, cap. super
quibusdam, de verborum significat. ideo iudex eccle-
siasticus, eius legata profana, & ad pias causas
exequitur.

16 Illa etiam ratio vult placet, quia executor,
qui non adimpler voluntatem defuncti, peccat
mortaliter secundum negligentiam qualitatem,
Palat. in repet. rubr. §. 65. numero 20. Nau. in man.
capit. vigesim. quint. numero 65. Fr. Emman. in summ.

p. 1. capit. 33. numero 8. spin. in speculo testamen. glos.
28. princip. numero 47. 48. 67. & 68. Pradit. in
summa legum penultima part. 2. casu 25. numero 3.
Martin. Carrillo en la explicacion de la Bulla de las defun-
tos par. 2. c. 15. n. 8. & c. 16.

17 Et ratione peccati efficitur laicus de iuril-
dictione Episcopi, Stephan. Gratian. disception. fo-
renf. cap. 254. numer. 25. cum sequentibus.

18 Illud tamen aduertendum duxi, quod quo-
ties agitur solummodo, de implenda vltima vo-
luntate, Episcopus, seu quicumque alius diæce-
sanus (ac etiam Capitulum Sede vacante, iuxta
resoluta per Azor. par. 2. lib. 3. cap. 39. quest. 6.)
statim post aditam hæreditatem cogere poterit,
nisi natura operis, aut aliud simile impedimen-
tum refragetur, spatium vero prædicti anni, in
prophanis, & sex mensium in pijs relictis, aut
aliud iuxta operis qualitatem à lege, vel homine
præfinitum, siue agatur de conuincenda hære-
dis, alteriusve executoris negligentia, deuoluen-
daque potestate exequendi ad iudicem compe-
tentem, siue de priuando proprio emolumento,
non aliter currere incipiet, nisi à tempore aditæ
hæreditatis, & subsequente mentionis.

19 Dixi, statim post aditam hæreditatem, quia
quotiescunque debitum ex contractu, vel quasi,
non in diem, neque sub conditione, sed pure
contractum est, statim peti potest, neque aliqua
à iure dilatio conceditur, ex l. cum qui, 41. §. quo-
ties, ff. verborum; l. quod dicimus, 103. ff. solution. l.
cedere diem, 213. ff. de verbor. significat. l. omnis obli-
gatio, in princ. vbi glos. recepta verbo confestim, instituit.
de verbor. Con. in reg. peccatum par. 1. §. 1. n. 1.

20 Sed hæres obligatur ex quasi contractu non
in diem, neque sub conditione, sed pure, §. hæ-
res instituit, de obligation. quæ ex quasi, vbi glos. verbo
intelligitur, apud Iulianum, 3. §. vlt. cum l. seq. ff.
quibus ex causis in possess. cum his quæ Mench. de
success. creat. in præfat. numer. 27. Costa in capit. si
pater, verbo Trebellianica, numero 10. Igitur statim
cogi potest, neque alicuius termini dilatio dan-
da est, cum spatium illud vnius anni, non in fa-
uorem hæredum, aut executorum, sed solum-
modo defunctorum fuerit præfinitum, quare ita
ex Abb. Cen. & aliis concludit Molin. de iustit. tract.
2. disp. 251. colum. 6. Vtrum vero executores
possint diem à testatore designatum ad executio-
nem suæ voluntatis alterare, vel commutare, vi-
de Rendinam pro vtraque parte plures referentem
in promptuario recept. sent. tit. quadragesim. secund. nu-
mero 1.

21 Dixi etiam, nisi à tempore aditæ hæreditatis,
argum. l. 3. §. si quis hæredi, ff. statulib. l. à filio, 15.
in princip. ibi, postquam legatum suum acceperit,
ff. de alimen. & cibari. text. opt. in authent. de hæred.
& falcid. §. illud quoque, ibi, post aditionem, collat.
1. iuuat l. vni, §. in nouissimo, ibi, nisi fuerit addi-
ta, C. caducis tollen. Ratio à priori illa est, quia
ante aditam hæreditatem executio testamēti non
impeditur, neque aliter cum effectu valent reli-
cta in testamento, nisi adeatur, l. si nemo, 9. cum
l. seq. ff. testam. tut. glos. verbo liber, in l. qui filio, 38.
ff. hæred. instit. quam singularem dicunt plures,
vt per Con. in capit. nos quidem, numero tertio de te-
stam.

22 Et prædictum tempus à iure, vel ab homine
præfinitum non currit ignoranti, & legitime im-
pedito per reg. l. in fine, C. de annali except. & in

fortioribus terminis etiam data culpa ex parte impediti, quæ tamen non ſit ordinata ad caſum, cap. quia diuerſitatem, 5. verſic. ſic tamen de conceſſione præbendæ, in ſpecie Ordini Regia Luſitani. lib. 1. tit. 62. §. 2. ibi, porque ent ao lhes na correira o tempo, tenent Couarr. in d. capit. nos quidem, numero 3. Pinel. in authent. niſi numero 46. C. de bonis maternis, Pui. tom. 2. opinione 104. Stephan. Gratian. diſcepat. forenſ. capit. 73. numero 11. cum ſequentibus, Sud. de alimen. tit. 8. priuileg. 33. numero 7. quamuis contrarium reſoluant poſt ſpecul. quem refert, Cardin. in diſto capit. nos quidem, numero 4. verſic. ſexto quero, Bald. in l. captatorias, ad fin. C. de milit. teſtam. Felin. in cap. cum inter, numer. 20. limit. 3. de exception. niſi eorum opinionem intelligamus, vel quando impedimentum ſuperueniens executori ſua natura perpetuum eſt, ſaltemue diurnum, verbi gratia, mors, abſentia in remotis; vel in legatis pijs, aut fauore alimentorum, Tirag. de priuileg. pia cauſe, priuileg. 97. Surd. d. priuileg. 33. numero 7. quia non debet impedimentum retardare pias cauſas, l. ſi quando, C. de teſtam. Martin. Carrillo en la explicacion dela bulla de los defuntos par. 2 cap. 14. am. 13.

23 Poſteſt tamen prædictum temporis ſpatium à iudice reſtringi, quia in legatorum præſtatione illud obſeruandum eſt, quod verosimilius fuerit teſtatore voluiſſe præſtari, l. cum res, 49. in princip. ibi, verosimile eſt cum voluiſſe, ff. de legatu 1. cum his, quæ Bart. ibid. in princip. Abb. prope fin. Couar. numer. 6. in capit. indicante, de teſtam. Plane nullus inſiciabitur ſatis verosimile eſſe teſtatore voluiſſe, quantò citius fieri poſſet, omnem ſuam vltimam voluntatem adimpleri, argum. l. 1. C. de ſacroſan. Eccleſ. l. in teſtamentis, 12. ff. de regulis iuris, cum vulgari, iuuat maxime d. l. cum res, in princip. vbi habetur, quod ſi hæres copiam habet rei legatæ, tenetur abſque mora eandem præſtare; l. ſi domus, 74. §. in pecunia, ff. de legatis 1. ibi, conſentienti hæredi modicum tempus, &c. aduertit gloſ. verbo modicum, in d. §. in pecunia, fatentur Abb. in d. cap. nos quidem, num. 11. plures, vt per Couar. an. 5. Padil. in authent. hoc amplius n. 9. C. de fideicom.

24 Dixi, & ſubſequutæ monitionis, quia neceſſaria eſt monitio ad effectum, vt data negligentia hæredis ad Episcopum deuoluatur exequendi poteſtas, d. cap. nos quidem, nam vbi agitur de priuando hærede, vel exequutore proprio emolumento, ex eo quod voluntatem defuncti intra tempus non adimpleuit, omnino neceſſaria eſt monitio Dod. in d. authent. hoc amplius, & in d. cap. ſi heredes, vbi Abb. & Couar. numer. 5. plures quos referunt, & ſequuntur Guillelm. in capit. Ragnuntius, verbo ſi abſque liberis 2. à numero 198. Menoch. de arbitr. caſu 408. à numero 58. Molina de iuſtitia tract. 2. diſput. 251. numero 5. vbi reſoluit in regno Portugaliæ, eo ipſo, quod executores intra annum, & menſem à morte teſtatoris voluntatem illius non impleuerint, amittunt munus executoris, & priuantur legato, ac commodo, aut præmio ipſis à teſtatore relicto, quæ pænæ aduerſus illos executioni mandari non poſſunt, ſi integre antequam citentur eam adimpleuerint.

25 Plures monitiones non requiruntur, ſed vnica ſat eſt, d. cap. nos quidem, ibi, commoneas, in ſingulari, abſque aliqua duplicatione adiecta, quo

caſu proprie in vnica monitione verificatur, cap. tua nobis, in fine, ibi, monitione præmiſſa, de teſtament. d. authent. hoc amplius, ibi, admonuimus, vbi Bart. ſaluet. & Doct. communiter, 145. numero 3. Padil. 16. Guillelm. vbi proxime numero 201. Gregor. 1. 8. tit. 10. part. 6. in gloſ. 1. Menoch. caſu 498. numero Cened. ad Decretal. collect. 114. numero 3. A iudice perſonaliter faciendæ, non vero per nuntium, aut epistolam, Paul. & Ang. numero 2. ac Iuſ. numero 3. in d. authent. hoc amplius, Abb. in d. cap. nos quidem, numero 10. & Couar. numero 2. Guillelm. d. loco numero 199. & 203. alij relati per Cened. d. collect. 114. numero 3. & colligitur ex d. cap. nos quidem, ibi, eam commoneas, & d. authent. hoc amplius, ibi, monitus à iudice. Vtrum vero ſi ſis, cui commiſſa eſt electio pauperum, quibus diſtribuenda eſt certa pecunia à teſtatore relicta, poſſit poſt annum eligere, ſtante conſtitutione Episcopij, quæ cauetur, quod executores debeant intra annum exequi, alias exequutio ad Episcopum tranſſeratur? quæſtio eſt dubia, in qua electum, etiam lapſo anno habere facultatem eligendi, nec illam eſſe ad Episcopum deuolutam tenuit Bart. in l. cum quidam, la 2. colum. 2. verſ. & per prædicta dixi, numero 9. cum ſequentibus, de legatis 2. & in l. executores, numero 2. verſ. contingit, C. de exequut. rei indic. & conſ. 142. incip. Conſtitutione, colum. 1. numero 2. quem alij plures ſequuntur, vt per Henric. de Botris de Synodo Episcopij part. 3. art. 1. numero 187. verſ. limita. Contrarium tamen verius proſentur præcipue in legatis ad pias cauſas, Bald. Angel. Corn. Perr. de Anchoran. Paul. de Caſtro, Felin. Barbat. Couar. & alij quos refert, & ſequitur Rendina in prompt. recept. ſentent. titul. 42. numero ultimo.

26 Pro complemento huius Alleg. & vt præſens materia in omnes euentus diſcuſſa maneat, aduertendum eſt conſulto legitime de negligentia executorum non ſolum poſſe vt ſupra probatum eſt ſed etiam teneri episcopum teſtatoris madata exequi, vt ex verbis d. capit. nos quidem, importantibus præceptum, deprehenditur, ibi, per te ædificetur, & ibi, aſſignentur, quæ verba cum à Pontifice in Episcopum dirigantur, omnino videntur præceptum inducere, iuxta doctrinam Din. Thom. 2. 2. quæſtione 88. artic. 1. ſor. de iuſtitia lib. 7. quæſtione 1. artic. 2. Ratio eſt, quia ſuppoſita executorum negligentia ad Episcopum deuoluitur exequutio, vt illorum defectum ſuppleat, vltimæque teſtantium voluntates, quam cito fieri poſſit, adimpleantur: ſane ſi in his terminis nullum Episcopum cenſetur iniunctum præceptum, non ita bene executorum ſuppletur negligentia, neque tam cito adimplentur teſtantium voluntates. Propter quæ ſatis probabile exiſtimo, quod licet expreſſe Doctores non aſſirment Episcopum de præcepto teneri, ſed ſolum illud facere poſſe, vt per Abb. nu. 5. in capit. ſi heredes, vbi Couar. numer. 4. de teſtament. Henric. de Synodo Episcopij part. 3. art. 1. nu. 172. ex mente tamen iurium ſecundum probabilem teſtatorum voluntatem præceptum in his terminis ad eſſe negari non poſſe.

27 Quæſtio eſt ad præſens inſtitutum non contemnenda, an poſſit teſtator prohibere ne Episcopus data hæredis, vel executoris negligentia valeat ſe introrittere? in qua verior eſt ſententia negatiua, quam optime probant tex. in cap. tua nos, 17. de teſta. ibi, licet etiam à teſtatoribus

id contingeret interdici, ubi glossa, *authent. licet*, in princ. C. de Episcopis 7. & cler. *authent. de ecclesiast. tit. §. si quis autem pro redemptione, versic. licet*, collat. 9. sequuntur plures, ut per Couar. in d. cap. tuos, numero 6. Cardin. Tusch. tom. 3. conclus. 293. numero trigessim. octau. Francisc. Leo part. 4. capit. 2. numero quadragessim. sext. Rip. in l. nemo potest, numero 127. ff. de legatis 1. Mench. de successione. §. 3. numero octau. Sarmi. select. lib. 1. capit. 11. numero 13. Tiraq. in tract. le mort, part. 7. declar. 5. numero octau. sequentibus, Spin. in speculo testamen. gloss. 28. principal. numero 20. Modern. d. iurisdic. part. 4. casu 88. a numero 14. & casu 113. numero 31. Cald. Pereira de nominat. emphyt. quest. 19. numero quinquagesim. sext. Valasc. consult. 105. numero 57. Pro qua sententia expendit Sarm. d. loco Novellam Iustin. in hac verba, omnia enim facta ad pietatem pertinentia Episcopo interesse oportet, quamvis testatoris, vel donatoris verba contraria voluntatis expresserint, intelligi tamen iuxta supra resoluta Allegat. 75. numero 9. & 10.

28 Sic etiam non potest testator prohibere ne executores rationes reddere compellantur, ut tenent *salicet*, Dyn. & alij ex antiquioribus relati a Iacobo de canibus de executorib. ultimatum voluntatum part. 2. §. novissime a numero 2. plures, ut per Couar. in d. capit. tua, numero sexto. Galeaul. in repet. l. centurio, numero 347. ff. de vulgari, Ripa in l. nemo potest, numero 127. ff. de legatis 1. Spin. in speculo testamen. gloss. vigessim. octau. princip. n. 20. Fr. Emman. q. reg. tom. 3. q. 70. ratic. 5. Modern. d. part. 4. casu 88. a numero 14. & casu 113. numero 31. Valasc. d. numer. 57. Martin. Carrillo en la explicacion de la bulla de los defunctos, part. 2. capit. 14. numer. 23. & expresse sequuta est Ordin. Regia Lusitan. lib. 1. tit. 62. in princip. ibi, postquam os testadores digam, &c. Pro quibus expendi solet reg. l. quidam discedens, in princip. ff. de administ. tutorum, ubi habetur, quod quamvis testator prohibeat ne a tutoribus rationes exigantur, adhuc tutores cogi poterunt ad illas reddendas, quia ius publicum, quod consistit in dolo visitando, a partibus remitti non potest, ut tex. habet, imo omnis remissio doli futuri omnino nulla est, l. si vnus, vigessim. octau. §. illud, ff. de pacts, Couar. l. 2. vari. cap. 14. numero 4. vers. quartum. Non obstant l. Aurelio, 21. §. ult. ff. liberat. leg. ibi, questionem curatoribus meis nemo faciat, & l. si quis rationes, 10. l. petitur 31. ff. illo tit. quia reiecta responsione Padil. in l. cum necessitatem, numero 3. C. de fideicommissis, respondebis illa iura loqui de liberatione circa administrationem prateritam: vel melius dic ibi censeferi remissas rationes de futuro, quoad illa, quae leui, vel leuissima culpa in ipsa administratione fortasse contigerint, non autem si dolo, vel lata culpa, quae dolo equiparatur, l. quod Nerva. ff. de posuit.

29 Sic etiam non potest testator fundans capellam eximere ab Episcopi potestate, Bart. in l. quoties, §. fin. ff. de administ. tutor. Abb. in cap. dilectus, not. 4. de consuetud. & in cap. requisisti, numero 22. de testament. Felin. in cap. cum venerabilem, numero 33. de except. Anton. de Pratis de iurisdictione Episcopi cap. 1. numero 3. & 5. Mandos. de signatura gratiae, tit. exemptiones, colum. 2. versic. amplio etiam, & col. 5. vers. exemptio ab Ordinario, ubi dicit Episcopum hoc non posse concedere patrono in fundacione, cap.

1. & 2. 10. quest. 1. Innocen. in capit. in Lateranensi, in fine, de prebend. aduersaretur enim iuri, cui in testamento renunciari non potest, l. nemo potest, ff. de legatis 1. Anton. de Pratis d. e. l. n. 7.

30 Potestas haec, quam habent Episcopi exequendi pias defunctorum voluntates, competit etiam Abbatibus habentibus quasi Episcopalem iurisdictionem, ut tenent Flores de Mena variat. question. lib. 2. quest. 24. numero 22. & doctissimus parens meus in annot. ad Ordin. Regia Lusitan. lib. 1. tit. 62. §. 39. n. 4.

31 Sic etiam, quia id poterant Episcopi iure Ordinario per tex. in d. cap. nos quidem, transit ea potestas in Capitulum, quatenus iure Ordinario competeat Episcopis, Couar. in cap. Ioannes, numero 2. de testament. Rendina in promptuario receptarum sentent. tom. 1. tit. 10. numero 4. Sanch. de matrim. lib. 8. diffut. 2. numero 10. tum quia in Concil. d. ca. 8. adijcitur particula, etiam tanquam Sedis Apostolicae delegati, cuius virtute utramque potestatem, ordinariam scilicet, & delegatam Episcopus habere dicitur, prout probavi Alleg. 92. numero 11.

32 Septimo infertur posse Episcopum compellere laicos administratores hospitalium, confraternitatum, Montis Pietatis, & quorumcumque piorum locorum ad reddendam rationem suae administrationis, cap. indicatum, & ibi gloss. 1. versic. alij dicunt 89. dist. Clem. quia contingit, §. ut autem praemissis, de relig. domib. Concil. Tridentin. sess. 22. de reformat. cap. 9. etiam extra visitationem, & in casibus a iure non expressis, dicit decilum Modern. d. iurisdic. part. 2. cap. 18. numero 6. siue ea sint publica, siue priuata, ecclesiastica, vel laicalia loca, quod refert per Sacram Congregat. declaratum Armendar. in addition. ad recopil. legum Navarrae libro 1. tit. 18. l. 7. numero 78. ubi etiam dicit pia vniuersitatum esse subiecta redditioni rationum coram Ordinario: & asserit Modern. loca proxime citato licere Episcopis exigere rationem ab administratoribus, etiam locorum mere laicorum, & priuatorum, & generaliter sine vlla distinctione, & quando ex privilegio, vel consuetudine, vel alia constitutione aliis reddenda esset ratio, eisdem reddendam esse adhibito cum illis Ordinario, nisi in fundacione aliter cautum esset, nempe quod rationes Ordinario reddendae non essent, de qua coram eodem Ordinario docendum est, & interim quod de ea doctum non fuerit, ipse Ordinarius administratoribus hospitalium, aliorumque piorum locorum rationem administrationis exigere poterit. haec ex decisionibus Sacrae Congregationis.

33 Quaestio est quotidiana, an dicti laici administratores bonorum Ecclesiae in redditione facienda Episcopo, iuxta Concil. Trident. d. loco, si inueniantur debitores, possint per Episcopum compelli ad soluendum: in qua affirmatiua pars pluribus suadetur rationibus; primo ex tex. in l. quamuis, ff. de condition. & demonstration. ex quo colligitur rationes reddere nil aliud esse, quam reliqua solvere: secundò ex text. in l. cum seruis, ff. eodem tit. ubi dicitur, si seruo legata sit libertas ea conditione, si rationes reddiderit haeredi, non hanc solum habet significationem, si actiones, instrumentaque omnia actus sui exhibuerit haeredi, sed etiam & si aliqua debuerit, soluat. Tertio ex l. si ita fuerit, §. quare, ff. de manumiss. testament. & ex l. pure, in fine,

ff. de fideicommiſſ. libert. cum ſimilibus, in quibus iuribus habetur reddere rationem duo continere, ſcilicet, computum dare, & reliqua reſtituere; nam non cenſentur reddidit rationes, niſi fiat reſtitutio reliquorum, & ſoluantur debita, *Menoch. de arbit. cauſa 209. numero 21.* & parum operaretur viſitatio, niſi poſſet Episcopuſ compellere ad executionem, *Ioan. Mohach. & Archidiacon. in cap. 1. §. ſane, de cenſibus, in 6.*

34 Octauo inferitur poſſe Episcopuſ compellere Regulares, ſiue Religioſos exemptos ad reddendam coram ſegete executionis rationem, ac eos punire ſi male geſſerint, vt probat *Clem. 1. de teſtament. reſoluunt Angel. in ſumm. verbo executor, numero 20. Ioan. Andr. in addit. ad ſpecul. tit. de inſtrument. edition. §. nunc aliqua, verſ. ſed an ſimplex commiſſarius, numero 45. Marta Piſana deciſ. 3. Ioan. Franc. Pautin. tract. de viſitat. quaſt. 5. ſecunda partis, numero 92. & de officio, & poteſtate Capit. ſede vacante, part. 1. princip. quaſt. 8. numer. 5. & parte ſecunda princip. quaſtione ſeptima numero 6. Fum. verbo executor, numero 14. Cochier. de iuriſdict. Ordinarij in exemptos, part. 4. quaſtione. 49. Campan. in diuerſ. iuris Canonici, rubr. 12. capit. 13. numero 130. Sbroz. de vicario Episcopali libr. 2. quaſtione. quinquageſim. ſecund. Fr. Emman. quaſt. Regular. tomo 3. quaſtione. 70. artic. 5. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. collect. 503. verſ. & primo, & in praxi fori eccleſiaſtici reſolut. 547. n. 7.*

35 Poteſtas hæc compellendi Religioſos piam voluntatum executores ad reddendas rationes tranſit ad Capitulum ſede vacante, *Pautin. de poteſtate Capituli ſede vacante, part. 2. quaſt. 7. numero ſexto, quem reſert, & ſequitur Azor. inſtitut. moral. parte ſecund. libro tertio capit. 39. ſub quaſt. 6.*

36 An & quando Regulares poſſint eſſe teſtamentorum executores? diſſerunt *Conar. in capit. ſua, numero 1. ad med. de teſtament. Cenall. commun. contra communes, quaſt. 88. in fine, Fr. Emman. d. quaſt. 70. artic. 1. Stephan. Gratian. diſceptation. forenſium cap. 123. numero 25. & ſequen. Spin. in ſpeculo teſtamen. gloſ. vigefim. octau. princip. numero 35. Martin. Carrill. en la explicacion de la bulla de los deſunſtos parte ſecund. capit. 14. numero 7. Campan. loco proxime citato.*

37 Fabrica Eccleſiæ trahit laicum reum ad forum eccleſiaſticum, *Menoch. conſil. 322. num. decim. quart.* quia ratio ſumptuum fabricæ cuiuſcunque Eccleſiæ eſt reddenda Episcopis Ordinarijs, niſi in inſtitutione eiufdem Eccleſiæ fabricæ aliter ſtatutum ſit.

38 Quoad reddendam rationem adminiſtrationis fabricæ Eccleſiæ Cathedralis Ordinario niſi conſtet ex inſtitutis, & ordinationibus eius non poſſe Ordinariuſ ſe intromittere tenentur Capitulum, & Canonici eam reddere, *Armen. d. numero 78. ubi numero 79. addit Ordinariuſ habere votum in abſoluendo, vel condemnando, adminiſtratores piorum locorum, ſicut ceteros deputatos, & eius votum eſſe annumerandum cum alijs, itaut maior pars votorum abſoluat, vel condemnnet.*

39 Si quis adminiſtrator piorum locorum videns ſe conſtrictuſ ad reddendam rationem ſuæ adminiſtrationis appellaret, licet admittatur appellatio, non propter hoc impeditur, aut ſuſpenditur executio, ita ſacram Congregat. cenſuiſ-

ſe reſert praxiſ Episcopali. p. 1. verbo hoſpitale, §. 3. verſ. ſexto.

40 Episcopuſ pluries in anno poterit adminiſtrationis rationes exigere, quando illi conſtituerit dolose, vel cum errore redditas fuiſſe, aut quando redditio non fuit finalis, & plena cum reſtitutione reliquorum *Aloyſ. Ricci. d. collect. 714. & in praxi fori eccleſiaſtici reſolut. 534. in 2. edit. Stephan. Gratian. Marchia deciſ. 188.*

S V M M A R I V M.

- 1 Papa ſolus pias deſunctorum voluntates commutare poteſt.
- 2 Inferior nullus gerere poteſt illa, qua ſupremo Principi reſtruantur.
- 3 Commutandi ultimas deſunctorum voluntates nullam habet Episcopuſ poteſtatem.
- 4 Onus capellæ inuinctuſ, quod vel ex reddituum diminutione vel ex alia cauſa adimpleri non poteſt, per Episcopuſ diminui valet.
- 5 Deſunctorum ultimas voluntates concurrente iuſta & rationabili cauſa, poteſt Episcopuſ cum heredis conſenſu tanquam ſedis Apoſt. delegatus commutare.
- 6 Legatuſ quodcunque pium ad certuſ uſuſ relictuſ, in aliuſ pium Episcopuſ commutare poteſt, ob cauſam, que ſuo iudicio videatur iuſta cum heredis conſenſu.
- 7 Pecunia ad aliquem uſuſ legata ſi ad illuſ non ſufficiat, poteſt per Episcopuſ in aliuſ conuerti.
- 8 Legatuſ uſuſ quando non poteſt adimpleri, in aliuſ pium per Episcopuſ commutari poteſt.
- 9 Legata res, que pro uſuſ deſtinato impedimento iuris, vel facti deſeruire non poteſt, auctoritate Episcopali in aliuſ pium uſuſ commutari valet.
- 10 Monafteriuſ, quod in certo loco teſtatoris iuſta conſtrui non poteſt, ex auctoritate Episcopali alibi conſtrui valet.
- 11 Legatuſ factuſ pro conſtruendo monafterio in loco cepeſtri, quod conſtrui prohibet concil. Trid. poterit Episcopuſ commutare.
- 12 Legatuſ quando eſſet factuſ ad aliquem uſuſ non ita neceſſariuſ, poteſt per Episcopuſ in aliuſ pium magis neceſſariuſ commutari.
- 13 Legatuſ factuſ Eccleſiæ pro fabrica & ornamentis, quibus non indiget, poteſt commutari de conſenſu Episcopali in aliuſ fructuoſuſ & conſimileſ pium uſuſ.
- 14 Redituſ alicuius capellæ pro Miſſis celebrandis deputatuſ, in paramentorum emptionem pro una vice conuerti poteſt Episcopuſ.
- 15 Qualitates in fundacione beneficiorum appoſitas nec de conſenſu patroni Episcopuſ tollere poteſt.
- 16 Legatuſ ubi non reſpicit certam perſonam, & cauſam, non poteſt per Episcopuſ commutari.
- 17 Eleemoſina inter pauperes diſtribuida prius debent dari illis, qui ſunt de ſanguine, & diſtribuida inter pauperiores, & mobiles, & uni omnes concedenda non ſunt, & num. 18. 19.
- 20 Legatuſ factuſ pauperibus concurrentibus ad partem teſtatoris, non poteſt diſtribui pauperibus inſignis in hoſpitalibus.
- 21 Deputatuſ ad certa bona diſtribuenda inter pauperes, poteſt eligere pauperes ſibi conuinctos, & ſe ipſuſ uti pauperem, ſi egeat, ac filios ſuos pauperes ſi fraude ceſſante, & num. 22. & 23.